Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ad finem seli electorq; suus eternaliter reficiatur:
Ve cui profunditatis mysterium est. Et illud testi
monium psalmistę. Quam magna multi
tudo dulcedinis tue domine quam abscondisti
timentibus te. Hinc etiam est illud esayę. Oculus
non vidit. auris non audivit. nec in cor ho
minis ascendit. quę preparasti diligentibus te.
Tres greges ovium iuxta puteum accubant.
quia omnes electi ante legem. sub lege. sub gra
tia. vel tres ordines patrum. continentium.
coniugatorq; fidelium. etenim visionem creatoris
di. ab initio usq; in finem seli ardenter sus
pirant. Os putei ingenti lapide claudit.
quia cunctis ovibus iniuriam aggravis sustollit.
quia diuine visionis profunditas. sui intel
ligere omnem intellectum anglice simul
et humanę creature supergredit. et pacto
iudicio cunctis electis in gremio celi coa
dunatis incomprehensibili et mediabili sua
veritatis sacietate expandit. Iacob enim Ra
chelem cum suis ovibus iucunde contem
plat. cum xpo ecclam cum electis filiis suis
in iudicio misericordie vocatione affatur. Veni
te benedicti patris mei. percipite regnum quod
vobis paratum est ab origine mundi. Sed inde
lapidem tollit. et potum ovibus ingerit. Du ab
electorq; suorq; oculis omnem lacrimam abstergit.